Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esdre

solidos xl. et mille arsenti minas v
milia. et uestes sacerdotales centum
habuit ergo sacerdotes et leuite
de populo et cantores et iantores et na
thinei in urbibus suis. omnisque
israel in habitaculis suis. iamque erat mē
sis septimus uenerat et erant filii
israel in habitaculis suis. III

Congregatus est ergo populus
quasi uir unus in urbem et
surrexit iosue filius iosse
dech et fratres eius sacerdotes et zoro
babel filius salathiel et fratres eius
et edificauerunt altare domini dei israel
ut offerrent in eo holocausta mathe
sicut scriptum est in lege moysi uiri
dei. Collocauerunt autem altare dei sup
bases suas de terrentibus eos par
ciebant super eos populis circumiacentium et obtulerunt super
illud holocaustum domino mane et
uespere fecerunt quoque sollempnitatem
tabernaculorum sicut scriptum est
et holocaustum diebus singulis
pondere secundum preceptum opus die
die suo et post hoc holocaustum do
mino post hoc holocaustum iuse
tam tam in kalendis quam in om
nibus sollempnitatibus domini que
erant consecrate et in omnibus qui
libet offerebatur munus domino
a primo die mensis septimi ceperunt
offerre holocaustum domino. Por
ro templum dei fundatum nondum
erat. Dederunt autem pecuniam ma
gnam latomis et cementariis cibum
quoque et potum et oleum sydonius et
tyrius ut deferrent ligna cedrina de
libano ad mare iopes iuxta quod
precepit cyrus rex persarum eis. anno
autem secundo aduentus eorum ad tem
plum dei in urbem mense secundo ce
perunt zorobabel filius salathiel et
iosue filius iosedech et reliqui de fra
tribus eorum sacerdotes et leuite et
omnes qui uenerant de captiuita
te in urbem et constituerunt leuitas a
xx annis et supra ut urgerent opus
domini stetitque iosue et filius eius et
fratres eius cedmihel et filii eius et filii
iuda quasi uir unus ut instarent
super eos qui faciebant opus in templo
dei. filii anadab filii eorum et fratres eius
leuite. fundato igitur a cementarius
templo domini steterunt sacerdotes
in ornatu suo cum tubis et leuite filii
asaph in cymbalis ut laudarent deum
per manum dauid regis israel et concinebat
in hymnis et confessione domino quo
nam quo in eternum misericordia eius super israel.
Omnis quoque populus uociferabatur
clamore magno in laudando dominum
eo quod fundatum esset templum do
mino. plurimi etiam sacerdotes et leui
te et principes patrum et seniores qui
uiderant templum prius cum funda
tum esset et hoc templum in oculis eo
rum flebant uoce magna et multi we
ciferantes in letitia eleuabant uocem
clamoris letantium et non erat fletus po
puli comixtum cum populus uociferabatur clamore magno et non audie
batur procul. IIII

Audierant autem hostes iuda et
benyamin quia filii captiui
tatis edificarent templum
domino deo israel accedentes ad zoro
babel et ad principes patrum dixerunt
eis. edificemus uobiscum quia sicut